



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Praeceptvm Qvartvm. Honora Patrem Et Matrem, Vt Sis Longaevvs Svper
Terram.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

R. P. MARTINI LVTHERII DE X. PRAECE

Hæc sunt opa ueræ sanctificatiõis, q̄ significant oibus exterioribus. Sic Tren. iij. Memoria memor ero, & tabescet in me ania mea. Sine ijs duobus, non accenditur mens & cor. Corde aut non succenso, oia alia frigide, uane, & noxie fiunt, quia sine fructu. Et hæc duo debet ex Euangelio audiri, auditaq; ruminari. Sunt em hæc duo, scilicet dei bona, & nostra mala, scala ipsa in deũ, in qua descendimus in nos, & ascendimus in deũ, sicut figuratum est Gen. xxviij. Sũt etiã duo illa sacrificia, laudis & cõfessionis, de qbus, Sacrificiũ laudis honorificabit me. & q̄ ille sit ascensus in deũ, sequit. Et illic iter, q̄ ostendã illi salutare dei. i. reuelabo ei æternã salutẽ. De altero, cõfessionis scilicet, sacrificiũ deo spiritus contribulatus, cor contritũ & humiliatũ deus nõ despiciet. Et hæc duo simul oportet offerri, ut sint eo perfectiora.

PRAECEPTVM QVARTVM.

27. 1. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.
HONORA PATREM ET MATREM, VT SIS
LONGAEVVS SVPER TERRAM.

Hoc præceptũ ludæi fecerũt irritũ per traditiones suas, sicut & omia alia, Quia honorẽ hunc exponebant solũ in uerbis & signis, irritatores facti uerborũ legis. Quia enim honorare significat signũ reuerentiæ exhibere, acceperunt illud secundũ huius significationis corticem, ut solo exteriori signo honorãdos docerent. Sed ut sapius dixi, Lex domini est spiritualis immaculata, cõuertens animas, ac interiorem instituens hominem. Ideo cor primum obligat & requirit. Quare procedamus secundum hunc duplicem sensum, scilicet literæ & spiritus.

Honor parentum spiritualis, est exhibitio cordis, & reuerentia promptæ uoluntatis. In quo includuntur duo.

Primo, prompta obedientia ac uoluntas ad omnia, quæ uolunt parentes. Secundo, digna æstimatio & opinio parentũ. Honor em cordis, est magna pietas, & maior q̄ charitas in proximũ, quia charitas solummodo diligit, prompta seruire proximo, & preciosum eum existimãs. Ideo istud præceptum statim post præcepta primæ tabulæ ponit, quia est de illis, qui sunt uicarij dei, quare sicut deus colendus est honore & timore, ita & uicarius eius. Patet itaq; quod qui spiritualiter honorat parẽs exhibet eis primo promptã obediẽtiã & uoluntatẽ. Ac per hoc

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

non solum succurrit eis in necessarijs, sed etiam in omnibus obedi-
dit eorum beneplacitis. Et qui tale cor suis parentibus non exhibet,
sciat se non implere hoc præceptum, quanq̃ & nunc quoq̃
in ista intelligentia cæci, in nuda superficie uerborum laborent
plurimi. Ergo honora dicit, scilicet corde intimo, & affectu ple-
no, parentes tuos &c. Quomodo enim parentibus inobediens
sit, qui cor eis non solum obtulit, sed & cum honore obtulit.

Secundo (quod maius est) exhibet reuerentiam (non in litera
foris, sed in spiritu intus) id est, magnificã opinionẽ in corde de
illis habens. Et hoc potissimũ in hoc præcepto cõmendatur, per
quod & differt (ut dixi) a charitate, qua quilibet alteri obedire &
seruire iubetur Gal. v. Sed unde nascitur illa sublimis opinio de
parentibus in filijs: Maxime, cũ quandoq̃ sint pauperes, ignobi-
les, infirmi, deformes, aut alias minus reputabiles. In ijs em̃ mul-
ti offendũtur, ut fastidiant, & erubeiscãt parentes suos, dolentes,
quod non de diuitibus, potentibus, nobilibus &c. nati sunt. O
cæcitas magna. His tradenda est regula. Opinio parentũ gran-
dis sit respectu dei, & uoluntatis eius. Sic enim pius filius cogita-
bit. Ecce si summa maiestatĩ nõ fuit indignũ uisũ, quod talem
homine uoluit parentem meũ esse, cur mihi indignũ uideatur?
Si deo summo placuit in illo operari, & me creare, cur mihi dis-
pliceat in illo fieri, aut factum esse? Nam quid faciũt parentes ad-
formationem filij: qui nec si sit masculus, fœmina, oculatus, auri-
tus, pedatus, uiuus, mortuus, albus, niger, capillatus siue non, fu-
turus unq̃, cogitant. Ergo officinam dei mei, artificis mei uerbe-
ror. Non aduertam oculos in paupertatẽ, deformitatẽ, ignobili-
tatem parentũ, sed in deũ operatorem. Sic sic fluit reuerentia ex
deo in parentes, nõ ex parentibus, dũ altius intuentur, q̃ ut sunt
caro & sanguis, sed ut officina summæ maiestatĩ. Quis em̃ con-
temnet officinam principis: q̃d fabrefactum opus odit officinã
suam in qua factũ est? Cum igitur deus uelit parentes honorari,
& iustissima sit causa, scilicet, quia uicaria & officina dei est. So-
lo hoc differt istud mandatũ a p̃cedentibus, q̃d deus in illis ho-
norat ut in seipso. In isto, ut in alio scilicet regentibus, qui sunt se-
des, officina, altare, propitiatorũ eius. Hic ergo est uerus honor
Honor parentũ literalis, est inuito corde, & contemptore ani-
mo, sola scilicet formidine pœnæ, exterius signo honorare pa-

rentes. Nam qui sola formidine pœnæ honorat, scilicet ne confundatur corâ hominibus, uel puniatur hic, aut in futuro, tam diu honorat, q̄ diu timet, & pœnam cogitat. Semper aut̄ intus corde contemnit, oblitus autem pœnæ, etiam opere foris contemnit. ut in multis exemplis probatū est, & quotidie experitur.

Dicitur est, quo modo se filij debeant habere erga parentes. Sed oportet, ut illi rursū se exhibeāt parentes, ut digno nomine sint parentes, ne honor filiorū cōferatur in idola, & mortua simulacra parentum. Immo forte sunt peiores aliquādo q̄ latrones, quia fouent carnem illorum, & interficiunt animas eorum.

Sapius enim fit, ut filius in patre peiorem homicidā habeat, & utilius fuerit, filium a latrone occidi, q̄ a patre foueri. Aut cur putatis quod pestis potissimū sauit in paruulos? nisi quia deus implet in eis, quod Sap. iij. ait. Raptus est ne malicia mutaret intellectum, aut ne fictio deciperet animā illius, propter hoc prope rauit illum educere de medio iniquitatū. Et infra, Condemnat enim iustus mortuus uiuos impios, & iuuentus celerius cōsummata, longam uitam iniusti &c. Sed de ijs latius postea.

Nunc ut uideamus, quid eis debeant, ut sint parentes. Apostolus Ephe. vi. postq̄ filios iussit, ut parentes honorarent, & præceptum illud cōmendasset, atq; interpretatus fuisset, dicit, Filij obedite parentibus uestris in dño. Vtriq; uolens, ut sint non tantū in carne parentes, sicut gentes, sed in domino, & illi obediant etiā in domino. Statim de parentibus dicit. Patres, nolite ad iracundiā prouocare filios uestros (quod Colof. ij. exponit, Ne pusillo animo fiant) sed educate illos in disciplina & correptione domini.

Primū, quod eis impendi uoluit, ad animū scilicet pertinens (nihil enim de corpore eorū prædicauit) ut non prouocent eos ad iram, & deiectionem, hoc est contra eos, qui furiose regunt filios, & dum animus adhuc mollis est, in totū timorem & pusillanimitatē uertitur, ita ut odio parentū, tandem aufugiant, & faciant quæ alias nunq; fecissent. Quæ enim spes hominis, qui diffidentia in parentes & odio, de illis desperat. Non enim uult Apostolus, ut filij nō offendantur, aut uerberentur, sed ex amore castigentur, nō ut illi furiosum animū expleant, nihil solliciti, quō emendent filiorū errorem. Factus enim pusillo animo, ad omnia inutilis & desperatus efficitur, timidus omnia agere & ag-

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

gredi. Et qđ peius, qđ talis timiditas, teneris annis imbibita, uix unq̄ postea eradicabitur, quia em̄ ad om̄e uerbū didicerunt terri, ideo postea etiā ad foliū arboris timent sonantis. Sed & illa nutricule, quę pueris illudūt terribilibus formis & gestibus precipue de nocte, sunt compescendæ. Omni studio puer est formadus ad timorē bonū, ut timeat, quæ timenda sunt, nō autem ad esse timidū, sicut parentibus quibusdam satis est, si timidos tantūmodo habeant, quod est nocentissimū futuræ ætati.

Hoc pro declinatione ad sinistram, nunc ne etiā in alterā partem peccetur, dicit Secūdo, Sed educate eos in disciplina, & correptione dñi, id est, docete eos docenda, & corripite nō seruantes ea. Vtrunq̄ illis necessariū, & eruditio eorum, quæ ignorant de deo, & correptio, si cognita non sequant̄. Vide itaq̄ ut ante omnia, filios uelis institui in spiritualibus, ut prius deo tradant̄ q̄ mundi negotijs. Et heu q̄ ista nunc sunt oīa peruersa. Nec mirum quādo nec parentes ipsi sunt eruditi, aut correptione probati. Fuit aut̄ una spes reliq̄ in Scholarū magistris, ut saltē ibi, sub literis erudirent̄ in pietate, sed & hæc perijt. Om̄es gētes, p̄sertim Iudæi, diligētius instituunt pueros suos, q̄ Christiani. Ideo & ecclesia pessime habet, quia tota eius uis consistit in successoribus qui in prima ætate negliguntur, sicut hortus in uerno tempore

Igitur in eruditione domini sunt educādi. Est aut̄ eruditio domini, qua docent̄ cognoscere dominū Iesum Christū, infigere eis recētī memoria, quō ipse p̄ nobis passus sit, ac q̄ fecit, q̄ p̄misit, sicut filijs Israel præceptū fuit, ut nota facerent filijs suis, ut cognoscat generatio altera mirabilia, quæ fecit cum patribus eorū in Aegypto. Et hoc cognito, si nō discāt amare dominū, & gratias agere, & orare, & sequi Christū, adhibet̄ correptio domini, id est, terror iudicij dei, & minationes iræ dei super malos. Hoc em̄ qui ab ineunte ætate didicerit, scilicet bñficia dei & promissa, unde diligit, deinde plagas & cōminatiōes, unde timeat dominum, facile hæc tenebit factus maior. Nam in ijs duobus uult dominus coli, Amari ut pater, ex beneficijs præteritis, præsentibus, & futuris, Timeri ut iudex, ex plagis præteritis, præsentibus & futuris, sicut dicit, Si ego sum pater, ubi est amor me⁹. Si sum dominus, ubi est timor meus. Sic ergo discant filij domino cantare misericordiam & iudicium. Hæc duo em̄ Apostolus inten-

dit, quando dicit in eruditione & correptione domini. Ad eruditionem pertinet ut dicas ei, quomodo deus oīa creauit, ei sensum, uitam, animam dedit, quotidie omnibus bonis iuuat, que creauit, pro eo passus est, & mirabilia fecit, predicauit, adhuc maiora promisit, ut pro his gratus sit deo, & patre agnoscat, ac diligat. Ad correptionem pertinet, ut ei dicas, quantis olim plagis percussit Aegyptios, gentes, zodomitas, filios Isarel, denique omnes in Adam. Item quot adhuc ante oculos percutit peste, patibulo, gladio, aqua, igne, bestiis, morbis, & quanta cominet in futuro, in gehenna cum diabolis. Et uult hæc potius adhiberi, quam correptiones hominū, id est proprias. Non sine causa, scilicet ut discant semper sursum ad deum aspicere, & nō homines sed deum timere, Ne si parentū rugas timeant, tandem etiā in ijs quæ dei sunt, homines timeant, hoc est, ne pusillo animo fiant. Hoc enim agendū est cum filiis, non ut parentes timeant, sed deum offendere se sciant, si parentes non timeant. Sic enim non fient pusillo animo, quia ubi parentes etiam proprios, non nisi deum timendo, timere didicerint, postea etiam in aduersis & prosperis, non a deo recedant, timore uel amore quocunq.

Quod aut gratum sit hoc deo sacrificiū, in filiis erudiendis, patet in Gen. ubi dominus Abraham nō potuit cælare, quod facturus erat, sola hac causa motus, dicit, Scio em̄ quod docturus est filios suos, ut timeant dominū, Ecce quō correptionem domini super zodomas, dicit profuturā per Abraham in educatiōe filiorum, ad timorem eorū. Similiter Ionadab, pater Rechabitarū, eximie laudatur, & filijs benedicit, quia eos pie & religiose educarat in timore dñi. Sic Thobias, Ioachim uxor Susanna, educati sunt. Econtra Heli. i. Reg. iij. qd meruit, filios suos negligendo ibidem patet. Item, quid ille puer quinquennis apud B. Grego.

Et uere stultissimi sumus. Ecce in propriis filiis pnt mereri uel uitam, uel mortem, & non aduertunt. Nam quid prodest, si tua culpa malos filios educes, etiā si tu sis in teipso irreprensibilis.

Multi alienis studiis, deo seuire præpostere nituntur, ieiunando, uestes portando asperas, & alijs affectatis obseruantijs. Et hanc domesticam pietatem cæci non minus transeunt, quam olim ludæi, relicto templo dei, in excelsis immolabant. Primum erat attēdere, quid dominus a te requirat, cuius officij tibi onus

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

Imposuit, ut Apostolus ait, in qua uocatione uocatus quisq; sit. Hoc enim ante omnes indulgentias, orationes, ecclesiarum uisitaciones, uota quæcunq; curandum fuit & agendum.

Dictum fuit, quò parentes se gerere erga filios debêt, ut digno noie parentes uocent, ne ex parentibus fiant p dentes, & pereuntes simul cum filijs. Videamus igitur, qui sunt isti p dentes, ac perditores filiorum. Primi scilicet, Qui omittūt, & scienter sinunt eos crescere sine eruditione, & correptione domini quanq; nullo malo exemplo noceant, tamen permissione eos perdunt, ut qui nimis carnaliter eos diligunt, ac tenere fouent, dicentes, pueri sunt nò intelligunt, quid faciunt. Et uerum dicunt, Sed nec canis, nec equus, nec mulus intelligunt, quid faciunt. At uide, quò discunt ire, uenire, sequi, facere, ommittere, quæ non intelligunt, Sed nec lapis, nec lignū intelligit, quam sit inepra res ad domū, sed formatur ab artifice, & statim intelligit, quātomagis homo. Aut si aliorum pueri intelligunt, cur tui nò intelligunt? Hi ergo peccata filiorū portabunt, quia faciunt eadem, ut sint sua. An nò puer ille quinquennis, de quo B. Grego. fuit non intelligens?

Secūdi, Qui uerbis impudicis, & maledicis, deinde exemplis ac gestibus malis, eos præcedunt. Sunt reperti, & utinam nusq; adhuc sint, sicut ego noui, qui prostitutæ filiarum lucro uictitabant & iussu parentū, filia ac uxor fornicabantur. Quis dubitet ijs filiabus pro parentibus, utiliores fuisse latrones? Sunt adhuc tam stulti, quibus mire placet, si filios habent Mauortios, & percussores faciles, tanq; laude dignissimos, quod nullos timeant. Horum stultitiæ præmiū finale solet esse, luctus & dolor, de subita filiorum occisione, & iuste. Nunc filij (ut iuuentus fert seruida) proni sunt, ad concupiscendum & irascendum, ideo cauenda exempla parētum, in uerbis & gestibus. Quid enim filius discat maledici ac impudici, quā maledicere & impudice loqui?

Tertij, Qui occasionem dant filijs ad mundū diligendū, ut q nihil sunt aliud solliciti, q̄ quò discant incedere, saltare choreas, ornari, hominibus placere, cōcupiscentias irritare, mundo conformari. Vbi sunt nostra ætate, qui tanta cura filijs prouident deum, quanta prouident uestes, luxus, diuitias, honores &c. Mare hic plenū reptilium maiorū & minorū occurrit. Vide, quæ portenta uestiū, hec licentia attulit in utroq; sexu, præcipue in mulie

ribus, deus custodiat uiros, ne lineum pepulū portent, quia mulieres birrhera nudis capillis portant, sicut masculi, forte in uindictā, quia uiri portare coeperūt reticula capillaria, quæ mulierū essant, ideo mulieres receperunt a uiris birrhera. Et quare utrunq; mūdus pulchre decere putat, nisi quia placet nouus mos? Sed cogita tecū, quid sit uiri caput inuolui reticulo muliebri, & mysterium simul, q̄d Apostolus tetigit, quādo caput nō uelari uoluit,

Sed primū distinguamus, Aut ornatus eiusmodi sit uolentibus maritis ac iubentibus, hic possunt mulieres certe excusari, si tñ inuitæ faciunt solum ut placeant uiris, uiris, in quā sensatis & habentibus, ut S. Cæcilia foris in aurea ueste incedebat, intus induta cilicio ad carnē. Et Anastasia similiter. Item Hester olim in Vete. lege. Quin S. Aug. grauiter arguit quandā Editiam, q̄d abiecerat inuito uiro, uestes matronales, & habitū triduale sumpserrat. His ergo omissis, quia uiro obediendū est in ijs, quæ sine peccato fieri possunt, De ijs uideamus, q̄ inuitis & coactis maritis expostulant hos luxus, de quibus nō me, sed primū Apostolū Petrum audite, qui pastor fidelis oīm constitutus est, i. Pe. iij. Similiter & mulieres uiris suis subditæ sint, ut si qui non credunt uerbo, per mulierū conuersationem sine uerbo lucrifiant, considerantes in timore sanctā cōuersationem uestram (spiritualiter & corde subsunt, q̄d est in timore seu reuerentia subesse, ut magnifice opinentur de eis) Quarū non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti uestimentorū cultus, sed qui absconditus est, homo cordis, in incorruptibilitate, quieti & modesti spiritus qui est in conspectu dei locuples. Sic enim aliquando & sanctæ mulieres, sperātes in deo, ornabant se, subiecte proprijs uiris. Sicut Sara obediebat Abraham, dñm eum uocans. Cuius estis filiae benefaciētes, & nō pertinentes ullā perturbationē.

Hæc uobis lectio recitatur mulieres, hoc latinum (ut pueris) uobis proponitur, discite & aduertite. Episcopus, Papa, Apostolus, pater, pastor uester, hoc dicit, & seruandum tradit. Postea & uiris, quid tradat audiamus.

Ac primū, ne quis de mulieribus, in hoc præcepto, nō dicendum putet, sciat, q̄d omnis superior potestas humana hic præcipitur honorari, ut & antea dixi. Vir aut caput & dñs mulieris est ac superior. Sicut econtra potestas omnis hic monetur, ut se dis

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

gnā honore præstet, Quare post filiorū eruditionē, imo cū eorū eruditiōe, recte ac proxie, de coniugatis etiā inter se, dicendū est.

Vide aut̄ quanta suauitate & modestia, quanta quiete & lenitate docendi, procedat pijs̄simus Apostolus, Non est turbulētus non fulminat, non minatur, sed leniter ac suauiter docet, ita ut uel ipsa dicendi gratia permouere debeat, ad seruāda ea quæ docet nedum utilitate rerū, quas docet, ac solum docere intendit.

Primum uult, ut mulieres sint subditæ uiris suis, cui cōsonat Paulus Colof. iij. Mulieres uiris subditæ sint, sicut oportet in domino. & Ephesi. v. Mulieres uiris suis subditæ sint sicut domino quoniam uir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ, ipse saluator corporis eius, id est, non corruptor. Sed sicut ecclesiā subiecta est Christo, Ita & mulieres uiris suis in omnibus. Ista autem subiectio, quid sit, satis exponit sequenter, quādo conuersationem eorū in reuerentia & timore ergo uiros cōmendat uti lem ad uirorū salutem, Ergo subditas esse, est reueri uirū, & honorare, in oibus obedire. Nam ad hoc inducit exemplum, Saræ quod subdita uiro suo fuerit, quia dñm eum uocauerit, & p̄ hoc eum timuerit, ac reuerita fuerit, parata in omnibus obedire & cedere. Quod si Petrus maritis infidelibus sic subdi præcipit, quā tomagis id fidelibus præstandū. Sicut & rursum Paulus, Vxor uirū suum timeat, id est, reuereatur, Ephes. v. Contra hoc agunt cōtemprices, contentiosæ, pertinaces in uiros suos, quæ nouissimū uerbum habere uolūt, aut quæ agunt sine scitu & uoluntate uirorū, dispensantes &c. Hæ omes huius præcepti sunt reæ, quia nō sunt subditæ suo maiori, nam Aposto. i. Corin. xiiij. dicit, qđ mulieres subditæ uiris lex dicat. Lex quidē Mosi in multis locis hoc habet, sed prima est Gen. iij. præceptū dei ad Heuam, sub potestate uiri eris, & ipsa dominabit̄ tui, hic expressa est diffinitio domini super mulierem. Si ergo nō licet filio contra patrem, seruo contra dñm populo contra principē, aut sacerdotem cōtendere & erigi, ita nec mulieri contra uirū. Et notate hoc primū, grande enim est, & rarissime tenetur. Sic sancta Monica faciebat & suo uiro tacuit & cessit, Alijs uero quæ a uiris uerberabant̄ dicebat, oportere memores conditionis suæ, nō superbire contra dominos suos quādo recitatis tabellis matrimonialibus intelligere deberat̄ se ancillas esse factas, Igit̄, aut subdita sit uxor, aut

non nubat. Si nō uult habere dominū, desistat accipere uirum, quia sic deus in apostolis & scriptura sua praecipit, & ordinat.

COROLLARIUM.

Quaecunq; habet morosum uirum, non praesumat par pari, nimui repellere, sed moribus contrarijs ac placitis mutare. Sic enim hic docet Apostolus, ut ad fidem cōuertantur uiri, per bonam conuersationem mulierū. Quod aut de fide, hoc de quolibet alio minore bono faciendū est. Sic & Paulus i. Corint. vij. Sanctificatus enim est uir infidelis per mulierem fidelem. Malū enim malo non uincit, sed auget & roborat, uincitur aut bono.

Secundū, qd ornatus eorū non sit in exteriori capillatura, aut auro, aut indumentis. At iste nunc est potissimū ornatus Christianarū mulierū, & usq; ad monstra pductus hodie, quod. d. Apostolus, Iste externus cultus sit gentiliū mulierū, Christianae alio ornentur. Quis autem potest in tanto abusu tacere? Primū, Scio aliquot mulieres (nam nō sunt omnes stultae illius uanitatis cupidae) quae cogunt inuitae se ornare istis cultibus, ac mire fastidiunt, sicut Hester regina, Sicut S. Elizabeth regina, Et frequenter illae sunt tales, q̄ abundant ut possint ornari. Illae enim magis cupiunt, q̄ non possunt. Sicut nūc nobiles, & ciues, quo sunt egeniores suis auis, eo sunt in cultu effusiores. De istis itaq; dicamus.

Sancta Agatha cum esset ex nobili genere, non tantū in ueloficut mulier incessit, sed etiā in seruili ueste, & de hoc reprehensa gloriabatur sese ancillā Christi, ut patet in eius legenda. Ac primū nescio magis ne maritos an uxores arguam, aut certe magistratū ciuitatis, quod mulieribus talia permittāt, quibus extentur eorū res scienter ac uolenter. Cur enim ille nō ponit leges ut alibi sit: aut cur maritus uxorem, non compescit, cum sit dñs eius. Aut si hoc sustinet uolens, quid miratur exactionem principū? Et uidete, nisi mutaueritis, nō cessabit, sed crescet exactio, de quo uos uolo certificare, quia ista finita, ueniet maior alia, qui sic prouocastis deum & prouocatis. Nonne debet pudescere honesta matrona, quod tanti precij habet uela, & calyptra, ut modesto ciui, ad integram rem familiarem sufficeret? Quid dicam de tunicis, & sumptuosissimis abusibus sericorū, purpurarum, auri, & argenti? Et sane mitius damnum est, quod in fibulas, catenas, & annulos uertitur argenteos, q̄ quod in aureas uittas,

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

reticula, fimbrias, texturas, plumaria, ac polymita fit ex serico. Hæc em usu cōsumunt, illa pmanent utibilia, & si nondū utilia.

Sed quid de illis nouis, nescio an questus, an damni magistris qui ad plananda uela & cætera linea, rotarū sumptuosas machinas ædificant, ut xvij. xx. flore. constant uela, xl. uel. l. cōstet machina planatoria, potuit fulmen rotas sanctę Catherinæ paratas perdere, & nō potest & has uanissimas ac mundanissimas machinas tangere. Sed hæc omnia sunt signa, quod interior cultus displicet, qui non ita displiceret, si exterior non ita placeret, facile contemnit honesta matrona externum cultum, quæ studiosa est interni cultus, neq; possunt uterq; ex æquo curari.

Redijt itaq; tempus Synagogæ quod Esaias ca. iij. describit, dicens, Pro eo qd filia Sion eleuata sunt, & ambulabant extento collo, & nutibus oculorū ibant, & plaudebant, & ambulabant pedibus suis, & composito gressu incedebant. Decaluabit dñs uerticem filiarū Sion, & dominus crinem earum denudabit, in die illa auferet dñs ornamentum calciamentorū, & lunulas & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelides, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gēmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus & specula, & syndones, & uittas, & theristra. Et erit pro suauī odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitiū, & pro fascia pectorali cilicium &c. Ecce quot & quanta mulierē luxus congregauit. xxi. ornamenta mulieri nō satis sunt. Quis nō horreat uxorē ducere: nōne optimo uocabulo, tam Græci q̄ Latini, ornatū mullerem appellant mundum: quia uelut cōgeries rerū, ita illa mundū quendā constituunt. Lege etiam Theophrastū, B. Hiero. cōtra Iouinianū, & Plautum in Aulularia, & uidebis quod mulieri si licentia detur, infinita cupiditas est ornatus, ideo non explenda, sed præcidenda oibus uiribus. Et quid agit honesta Matrona, aut uirgo, ut tanto studio cupiat meretricibus cōformari: aut quid quæris ornatu tanto: ut irrites animos alienorū uirorum. An significas, quia inuitā habes castitatem. An meretrix optas fieri. Quid quæris a lii placere q̄ uiro tuo. Quis non habeat suspectū hoc uotum placendi. Mulier satis abunde placet, si ita est ornata, quod uiro placet, huic em soli debet placere, huic data est & subiecta. Similiter

& uirgines, cur stulte cupiunt placere iuuenibus: An nō cogitas quod terretur ducere te, si cogitet, quod tanto sumptu te cogatur ductā ornare: Si uis iuuenem amore capere, audi utilissimū cōsiliū, Esto pudica, paucis ornata, paucis uerbis loquens, Nec oculos aliquando in faciem eius iaciens. Maximus cultus uirginis & mulieris est, pudica uerecundia, hæc enim prouocat & capit animos uiroꝝ, super omnem ornatum. Insuper neq; stabile facit matrimoniū, ubi amor carnis, ornatu excitatus, cito fastidire facit nuptias quia non moribus bonis, sed futili nixus est ornatu. Sic fac, & uirum acquires (etiā deo benedicente) citius quā dissolutissimæ ille uoragine rerum, lupis & meretricibus similimæ, de quibus Psal. cxliij. Filiæ eorū compositæ, circumornatæ ut similitudo templi, id est præ alijs eminenter decoratæ, sicut templū præ cæteris domibus eminet, ornatur & spectatur &c.

Dictum est, quo modo mulier se erga uirū habere debeat, ut honoret suū maiorē, secundū hoc præceptū, duplici scilicet cultu obedientiæ & reuerentiæ, ut sit prompti cordis, ad eius uoluntatem agi, deinde honoret eum ex corde, magnifice de eo sentiens, Si quærat autem, quō possit uirū habere in honore, qui sit difformis, morosus, ac prorsus nec amorē quidē dignus, nedū honore. Respondeo, sicut de parentibus dixi, quod deus in illo suspiciendus est, quia deo placuit, ut uir eius sit, & uices eius gerat, ut ait Apostolus. Vir imago dei est & gloria dei. Mulier autē gloria uiri. Ideo non debet sibi displicere, qd deo cernit placuisse & placere. Magna dignitas uiri, quod nomen dei, & officiū participat, ideo honorandus est ab uxore. deus enim uir est oīs ecclesiæ & animæ, qd sacramentū maximū, etiam causa est, cur uirū honorare debeat mulier, timere, & audire. Auerte ergo oculū a carne, & deū in uiro agnosce, & cole, & facile erit honorare eū.

At contra, Vt uiri etiam se præbeant dignos uiri & maioris nomine, nunc dicendum est, Sequitur ergo S. Petrus ubi supra. Viri similiter cohabitent secundum scientiam, quasi infirmiori uasculo impartientes honorem, tanq̄ etiam cohæredes gratiæ uitæ, non impediatur orationes uestræ.

Primum docet uiros, ut non simpliciter cohabitent mulieribus, sed secundū scientiam, id est, non secundū passiones & sensum tantūmodo uoluptatis causa, nihil discernens inter uxore

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

& meretricē, nam sic & bestiae cohabitant, gentes. Erudit itaq; oculum uiri, quo uxorem inspicere debet, nempe non oculo cōcupiscentiae, sed scientiae & cogitationis, Qua scientia duo iubet scire & agnoscere uirum in uxore. Primū, inquit, quasi infirmiori uasculo. Secundum, tanquam cohæredes eis sint mulieres. Et sic seipsum exponit, quid uelit, per cohabitationem secundum scientiam intelligi, scilicet ut uir agnoscens uxorem, & infirmus uasculum, & tamen cohæredē gratiae, habeat eam in honore, & non in passione desyderij, Declaremus autem latius.

Scire debetis uiri, qđ mulier sit infirmus uasculū q̄ uir, ideo secundū hāc scientiā eis cohabetis. Vasculū uocat, & quo ad corpus, & quo ad animā, nam & uir eodē modo uasculū est, sed firmius. Mulier em̄ sicut est mollioris corporis, ita & animi, ideo ei impartendus est honor a uiris firmioribus. Vasculum omnes dicimur, propter animam in corpore, ut in uase morantem.

Est autē iste honor uasculi, honor corpori muliebri impartitus qui nihil est aliud, nisi casto amore uxore diligere, ut i. Thes. iij. Vt sciat unusquisq; uestrū, uas suū possidere in sanctificatione & honore, non in passione desyderij, sicut & gentes, quæ ignorāt deum, hoc est, abstinendū ab uxore est, & non satisfaciendum concupiscentiae, Sanctificatio em̄ illa est castitas. Sed Apostolus hęc docēs, per obliquū etiā uxores uiris cōmendare uolens, ut patientiā cum ipsis habeāt, uelut epitheto breuissimo, patientiā uiroꝝ tāgit, dicens, infirmiori uasculo muliebri, q. d. Mulier est, infirma est, uasculū est, habēs animā nobilissimā. Hęc igitē scientes impertite eis honore propter eas, tum etiam propter uos, ne impediant orationes uestræ, passionēs em̄ concupiscentiae, quæ sinunt orare: imo aliquod honestum agere. Cum oratio maxime requirat animū abstractum a passionibus carnis. Sed cum sit infirmius uas mulier, etiam ferenda est, & dissimulanda eius culpa, & non exacte semper puniēda, pro rebus leuibus, sicut aliqui uiri nimis tempestuosi facillima causa tragœdiam agunt. Sicut Psalmista dicit domino, Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit: Ita impossibile est in re familiari, durare pacem inter uirum & mulierē, si alter alteri nihil condonet ac dissimulet, sed omnia ad unguem obseruet. Quis enim non offendit aliquando: ideo dissimulanda sunt multa, ignoranda

plurima, ut pacis ratio possit constare. Igitur uirum moueat ad uxorem caste seruandam, quod est infirmius uasculum propter corpus, scilicet mollius & animum molliorem, deinde magis, quia est cohæres tantæ gratiæ. Tertio maxime ne & uirorum salus ipsa impediatur. uide, efficax persuasio & uehemens.

Similiter Apostolus Paulus Ephesi. v. Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam. Et unusquisq; uxorem suam sicut seipsum diligat. Vxor autem timeat uirum, id est honoret ac reuereatur. Puchre distinxit, uir diligat, uxor timeat, utrumq; caste, castus amor descendat, castus timor ascendat, hunc inferior superiori, illum superior inferiori debet. Et Col. iij. dicit. Viri diligite uxores uestras, & nolite esse amari ad illas, hoc est, quod supra dixi, ne nimis exquirant & obseruent materiã obiurgandi.

Quomodo ergo Christus dilexit ecclesiã: utiq; spiritualiter, cum non inueniret quod amaret, sed quod odiret in illa, tamen tradidit semetipsum pro ea, sanctificans illam &c. Ita uir si inueniat in uxore minus amabile, oportet ut ipse mutetur, & tradat se, id est relinquat suum desiderium, quod non impletur propter defectum uxoris, ut sic tantummodo ea, in illa aspiciat, quæ amabilia sunt, & sic mundet eam sibi ipsi, ut exhibeat eam sibi absque ruga. Quod non fit, nisi ut dixi, in bono uicerit malum, & discat diligere, etiam non diligibilia, ut fiant diligibilia, uel ipsis mutatis, uel ipso. Nam cum omnes res sint indifferentes, possunt tamen diligere, tum odire, secundum quod mutat animus, ut honor mundi idem manens, diligitur & oditur ab eodem homine auerso & conuerso. Et iste est modus optimus mutationis, ubi non res, & obiectum, sed potentia mutatur hoc enim est stabile. Christianorum est hæc mutatio, & dexteræ excelsi, sed mundanorum est, solum quærere mutationem obiectorum.

Satis de isto, Nunc de Familia.

Honora patrem & matrem, quod sub patre etiam intelligatur dominus domus. patet ex. iij. Reg. v. ubi serui Naaman uocauerunt eum patrem. Inde denique est nomen paterfamilias. Quare honorandi sunt seruis sui domini, eadem expositione, qua supra, scilicet honore spirituali intus, prompte eis obediendo, & sublimiter de illis sentiendo propter dominum, cuius & nomen & officium in illis lucere uident, cuius & uoluntas hoc uult. ut 1. Pet. ij. Serui subditi sitis (ecce obedientia) in omni timore (ecce reuerentia)

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

dominis. Non tantū bonis & modestis, sed etiā discolis, id est
 difficilibus, prauis, morosis, obliquis, tortuosis &c. Quanquam
 hic Apostolus de seruis proprie loquitur, nō conducticijs, tamē
 eosdem tangit idem mandatum. Igitur serui, qui res dominorū
 suorū fraudant studiose ac uolenter, non secus q̄ fures reputan-
 di sunt, & tenentur ad refusionē, quia mercenarij sunt, ut sint fi-
 deles. At nunc tota querela totius mūdi est contra familiā. Ideo
 hoc præceptū eis diligentissime est notandū, quia hoc nō est ho-
 norare dominos, appellare eos dominos, sed ex corde obedire
 & timere. Et pulchre isto uerbo Apostolus cōsolatur familiā,
 quæ de dominis suis queritur, quod sunt mali seu discoli, id est,
 difficiles, dicens. Hæc est enim gratia, si propter conscientia dei
 sustinet, quis tristitias, patiens iniuste. Quæ enim est gratia, si pe-
 ccantes colaphisamini, & tunc suffertis: Et Paulus Colof. iij. Ser-
 ui obedite per oīa dominis carnalibus, non ad oculū seruientes
 quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes
 dñm, quodcunq; facitis, ex animo operamini, sicut domino, &
 non hominibus, Scientes, quod a dño accipietis retributionem
 hereditatis, domino Christo enim seruitis. Ecce q̄ pulchre ducit
 Apostolus hoc præceptū in spiritualem intelligentiam, quod ex
 corde honorandi sunt domini, quia nō illis, sed domino seruit
 in illis. Si ego hæc tam expresse dicerem, nemo crederet. Sed se-
 quitur quoq; cōsolatio eorum, sicut & Petrus fecit, dicens. Qui
 enim iniuriam facit, recipiet id qd inique gessit (ecce patientiam
 eorum format) & non est acceptio personarū apud deum, id est
 nō uos turbet, quod illi sunt dñi, uos serui. Idem est apud deum
 qui bene uel male operat, accipiet. Eadē Ephe. vi. Serui obedite
 dominis carnalibus, cū timore & tremore, in simplicitate cor-
 dis uestri, sicut Christo, nō ad oculū seruientes, quasi hominib⁹
 placētes, sed ut serui Christi (id est quia Christo seruitis) facientes
 uoluntatem dei ex animo, cū bona uolūtate seruientes, sicut do-
 mino & nō hominibus (in hoc enim non hoīm, sed dei uolūta-
 tem facitis, & deo seruitis) Scientes quoniā unusquisq; quodcū-
 q; fecerit bonum, hoc recipiet a domino, siue seruus, siue liber.
 Et Tit. ij. Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placen-
 tes, non contradicentes, non fraudantes. Sed oēm fidem bonā
 ostendētes, ut doctrinā saluatoris nostri dei ornent in omnibus

Contra, dominos oportet etiam se non tyrannos exhibere, quia ut supra dictum est, impossibile est, ut seruus non aliquando obmittat, aut committat, oportet multa dissimulare in bono seruo. Nam si illi debent obedientiam & reuerentiam, utiq; domino etiam debent clementiam & benivolentiam. Vnde Ephe. vi. & uos domini eadem facite illis, remittentes minas, Sciens quia & uester dominus est in caelis, & non est personarum acceptio apud deum. Quis enim potest seruire ei, qui ad omnem auditum increpat, iurgat, totusq; turbulentus est.

Hos sequuntur, & alij mercenarij & operarij, ut manuales, murarij, fabri lignarij, & similis generis, de quibus & fraude eorum, ubiq; grandis est quaestio, multo precio conducuntur, pigre operantur, & maiore parte fraudant dominos, quibus seruiunt, & heu nullam conscientiam sentiunt in hoc ipso, quasi non manifeste sint latrones & fures alienae rei, quam iniuste accipiunt dum non satis laborum pro ea faciunt.

Nouissime huc pertinent Episcopi, & Principes, Plebani, & Senatus, utrumq; scilicet dominiũ, qui sunt q̄ maxime timendi quia gladium domini portant, quibus cauendum est, ne obloquatur ullus, Quia lex dicit, principi populi tui ne maledicas. Et iterum, Dijs tuis non detrahas. Et heu nullis liberius detrahitur quam illis, Nullus timor est dei in illis presidentis. Omnis enim potestas a deo est, & licet exactioent, & premant rusticos, aut ciues suos, aut sacerdotes, tamen sunt ferendi, non secus ac manus domini prementis peccata nostra, & demerita.

Hij quia, praepotentia non possunt nocere in operibus, nocent in uerbis, ideo lex praecipit, ne detrahatur eis, neq; maledicatur. Hoc est enim iudicare suum superius, q̄d omnino repugnat ordini. At quo illorum uita magis est in luce, eo magis iudicatur & reprehenditur, sed minus catholice immo orthodoxe.

Concludamus,

Iudaei hoc praepceptũ irritum fecerunt, quando pro sua auaritia docebant, Munus quod per me, tibi prodest, id est, si obtulero illud pro te deo, erit utilius qua si tibi dedero. Quamuis & nunc illa stulticia passim regnet agente eadem auaritia sacerdotum ut plus tribuant ad mortuos lapides & ligna, & paratiore animo, qua proprijs parentibus, ac proximis uiuentibus. Quare ut dicitur

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

xi sapius) ne cū Iudæorū uanissima hypocriti, legem dei oblitī, arguamur. Primū honoremus dei præceptū, & sic honoremus ut spiritualiter illud operemur, & intelligamus. Hoc est, ut ante omnia istis externis bonis, seu corporis, seu rerum (quia deus illorū non eget, nec ullum uerbū de ijs sibi conferendis in primis præceptis posuit, ut dicit apud Hieremiam septimo) parentibus obsequamur, si egeāt, deinde propinquis postea pauperibus & egenis. Tandem quibuscunq; opus fuerit, mutuo uel gratis demus proximis & fidelibus. Et nō sic, ut illis prætermittis (ut nūc furor regnat) templa, imagines, uela, uasa, in illis sumptuose cōparemus. Hæc sint nouissima & modica, quia nō necessaria. Necessarijs enim caremus, quia superflua struimus. Non enim necesse ut superfluis studeamus, cū tot sint necessaria ad salutem, ut nemo sufficiat ea perficere. Alioquin si illa sunt necessaria ad salutem, ubi pauperes saluabuntur, qui hæc non habent. Sed nunc miserrimo tempore, ita illis instatur, tanq̄ hæc sint & necessaria & sola ad cultum dei pertinentia, cum ad hoīm consolationem data sint, & deus non egeat, sed homo illorū. & non dantur hominibus sed deo, mira cæcitate. Et sunt qui dicāt, Scimus, quod nō eget deus illis, sed nō respondent, si dixeris eis, Cur ergo das illa deo, non cupienti, & subtrahis eadem fratri indigenti, cōtra uolūtatem dei præcipientis. Et tantū de illo præcepto quarto.

P R A E C E P T U M Q V I N T U M .
N O N O C C I D E S .

D lectum est de præceptis, quæ respiciunt deum tam in seipso q̄ suis locū tenentibus. Iam sex sequentia respiciunt proximū. Et uide mirū & aptum ordinē. Incipit enim prohibitio a maiori usq; ad minimū, nam maximū damnū est, occisio hominis, dein de proximū, uiolatio coniugis. Tertiū, ablatio facultatis. Quod qui in ijs nocere nō possunt, saltem lingua nocēt ideo quartum est, læsio famæ. Quod si in ijs non præualent omnibus, saltem corde lædunt proximū, cupiendo quæ eius sunt in quo & inuidia proprie consistit, de quibus uidebimus. Talis processus est & in primis. iij. Nam maximū est corde, ore, opere abijcere deum, deinde saltem ore inuanum nominare, quem corde & ore cōfiteris. Tandem, quem ore & corde colis, opere nō colere. Et nouissimū, in suis uicarijs despiciere, quod leuius sit

*Præceptum
quintum*